UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Prasea episcopo et martyre. Cap[itulum]. xxiiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

¶De ſancta Aurea virgine. Cap. xxiii.

Aurea virgo apud pariſium claruit tempore heraclij imperatoris: vt ait ſigibertus. Quā ſanctus eligius epſ in monaſterio virginū a ſe conſtructo in ciuitate pariſienſi pfecit abbatiſſam tricentarū virginum omni ſanctitate pollentem: et miraculis clarentem. ¶Quadam vice dum eſſet in villa ⁊ clauigera eius ac cellerariæ expiraſſet: ⁊ poſt triduum eā abbatiſſa rediens inſepultam inueniſſet: eo qꝛ nec claues ipi ſorores auferre preſumpſiſſent: nec illa de adminiſtratis rationem reddidiſſet orāte aurea clauigera ſuſcitatur: ⁊ ratione reddita: atq3 clauibus reſignatis in pace iterū ſoporatur. ¶Die quadam dum ſibi panes deficerent: ⁊ aurea ſcandalum metuens ad clibanum acceſſiſſet: piſtorq3 panibus conficiendis intēderet: nec adeſſet quiſq3: qui clibanum ſubito ſcopare poſſet: illa furnum ingreſſa manicis ſcopauit: ⁊ prunas in gremio aſportauit: nec vllum tamen ardorem ſenſit: ſed nec veſtes eius in aliquo exuſte: aut deturpate fuerūt quinimmo in teſtimoniū tanti miraculi campane monaſterij per ſe diuinitus pulſare ceperunt. Cū autē die alia diaconus in miſſa euangelium legens incongrue pronūciaret: illa de collo eius ſtollam auferens: nimio verbi dei zelo euangelium legit: ſed mox de commiſſa preſumptione penitens: abbatiā deſeruit: ſeq3 per annos. vij. in cella recluſit: vbi cathedram ſibi parari fecit habentem clauos. l. in dextera parte confixos: ⁊ totidem in ſiniſtra: ⁊ totidem in podio poſteriori: in qua quotidie ſedēs pſalteriū legebat: vicȝ pſalmos. l. inniſa dextere parti: et alios. l. inniſa ſiniſtre: ⁊ vltimos. l. poſteriori pti appodiata. Corpus quoq3 ſuū maxima penitentia ⁊ abſtinētia domauit. Lixiuio q3 ſepius in potu vſa fuit: cui ſanctus eligius iam defunctus apparuit: ⁊ eam ad celeſtia vocauit: vnde ⁊ illa in pace quieuit. iiij. non. octobris. Sepultaq3 eſt in aula ſancti petri poſt altare. ¶Uerū quedā abbatiſſa in ſyria que oculos habens nihil videbat: ab angelo monet: vt pariſius cū epo ſuo veniēs: partē aliquā de reliquiis ſancte auree petat: quarum virtute lumen oculorum recipiat. Qd̄ dum illa epo nunciaſſet: vna ſecū verſus pariſius iter arripuit: ſed in itinere feſſa remanſit: loculū tamen honorificū preparauit. Epus vero viā proſequēs pariſius venit: ⁊ cū pontifice pariſienſi ad tumulū acceſſit. Et cū brachiū ſancte virginis obtinuiſſet: ⁊ illud de corpore euellerent: ſanguis inde viuus emanauit. Corpus igit tunc ab epo pariſienſi in monaſterio ſancti eligij condecēter humatum eſt. Brachiū vero ab epiſcopo ſyro aſportatū. Cuius tactu abbatiſſa: que ceca fuerat: lumen recuperauit: brachiūq3 in loculo repoſitū: epiſcopus in patriam ſuam detulit: ⁊ in eccleſia nomini ſancte auree edificata honorifice collocauit.

¶De ſancto Praſea epiſcopo et martyre. Cap. xxiiii.

Thraſeas epiſcopus ⁊ martyr apud ſmyrnā martyrio cōſumatus eſt. Qui vnus ex antiquis qui ex traditiōe priorum ſe accepiſſe aſſeruit: ſaluatorē apl'is pcepiſſe: vt āte. xij. ānū a hieroſolymis diſcederent. Paſſus eſt autem tertio non. octobris.

¶De ſctā Gala ſanctimoniale. Cap. xxv.

Gala vidua ⁊ ſanctimonialis in vrbe claruit tpibus gothorum. Hec nobiliſſima puella ſymmachi cōſulis ac patricij filia: marito tradita īfra vnius āni ſpaciū eius eſt morte viduata. Quā dum feruēte mūdi copula: ad iterādū thalamū ⁊ opes ⁊ etas puocarēt: elegit magis ſpūalibus nuptijs copulari. Et cū ſibi valde ignea cōſperſio corpis ineſſet: ceperūt medici dicere: qꝛ niſi ad amplexus viriles rediret: calore nimio cōtra naturā: barbam emitteret: ſicut ⁊ factū eſt. Sed ſancta mulier nil exterius deformitatis metuēs abiecto ſeculari habitu: apud beati petri apoſtoli eccleſiam ſeſe in monaſterio tradidit: ibiq3 multis annis orationibus ⁊ elemoſynis operam dedit. Que poſtmodū diuina pmiſſione cācri vlcere in mamilla pcuſſa eſt: quā egritudinē patiētiſſime lōgo tēpore ſupportauit. Nocte aūt ante lectū eius duo cādelabra lucere cōſueuerāt: quia videlicet amica lucis: nō ſolū ſpūales: ſed etiā corporales tenebras horrebat. ¶Dū autē nocte quadā ex eadē infirmitate iaceret fatigata: vidit beatum petrū apoſtolū ante lectū ſuū inter duo lumina cōſtitiſſe. Quē interrogans quis eſſet: queſiuit an ſua peccata ſibi dimiſſa fuiſſent: q ſe beatū apoſtolorū principē eſſe reſpōdit: dimiſſaq3 ei omnia debita nunciauit: ⁊ ad celeſtia inuitauit. Illa vero ſororē benedictā quā in eodē monaſterio intime diligebat: ſecū venire depoſcit. Apoſtolus aūt eidē dixit: q nō illa: ſȝ alia quedā ſecū diſcederet: bndicta vero die. xxx. ipſas ſecutura foret: ⁊ his dictis diſparuit. At illa protinus abbatiſſam acciuit: eiq3 viſa ⁊ audita nunciauit. Die aūt tertio cum ea qua iuſſa fuerat ſorore ſimul defuncta eſt. Illa vero quā ipſa popoſcerat: die eſt. xxx. ſubſecuta. Quieuit aūt ſancta gala in dño. iij. non. octobris.